
FILIACION BASILIANA.



Por el R. P. Fr. Martin Fernandez Hermoso, Lector del Colegio de san Basilio de Seuilla. Año de M. DC. XXXXI.

Con licencia impresso en Malaga por Iuan Serrano de Vargas. Año de 1641.

AL REVERENDISSIMO, Y EMInentissimo señor Don Baltasar de Moscoso y Sandoual, Presbytero, Cardenal de la santa Iglesia de Roma, del titulo de Santa Cruz en Gerusalen, Obispo de Iaen, del Consejo de su Magestad, &c.



ARECER fue del Filosofo Demostenes, que el que recibe algun fauor, o beneficio, le pertenece acordarse del, y mostrarse agradecido, durante su vida: Equidē censeo, eum qui beneficium accepit, oportere omni tempore meminisse. *Mas la persona que comunica el tal beneficio, continuamente le ha de oluidar*: Eum autem, qui dedit, continuò obliuisci. *Deste sentir fue Filon, el qual solia dezir*: Dati, beneficij debere obliuisci, accepti autem meminisse. Iuxt. Laert. lib. 1. cap. 1. *Porque segun sintio Anaxilao; la mayor felicidad que vno puede conseguir en este nuestro siglo es, nunca vencerse de comunicar fauores*: Anaxilaus interrogatus, quid esset in Regno beatissimum? Respondit: Nunquam vinci beneficijs. Iuxt. Phauorinum. *Y assi* T. Vespasianus dicebat, non licere quemquam à vultu Imperatoris, tristem discedere. Iuxt. Brus. lib. 3. cap. 13. *Del mismo Emperador se dize*: Inter cenandum aliquo die recordatus, quod quicquam præstitisset: memorádam, illam vocem edidit, Amici [redacted] perdidi: *la razon nos la propone Suetonio, diziendo*: Laudanda sanè Principis beneficētia tam peculiaris, qui omne tempus se perdidisse putabat, quo amicis benemeritis suum non præstitisse officium.

Los fauores que V. Reuerendissima Eminencia me ha comunicado desde el año de 1621. hasta este presente de 641. son innumerables, y en especial en casa del Doctor Garzon mi tio, los quales no refiero, siguiendo el consejo de Chrisost. in Gen. homil. 56. que dize: Benefacta non sunt reuelanda, nisi cogat necessitas. *No obstante que se dixo por les fauores diuinos.*

Los

Los que V.R. Eminencia continuamente comunica a ſus ſubditos, quiē los puede referir, ni memorar? Deſpoſeyendoſe de ſu Patrimonio, y de las rentas Eclefiaſticas, para remediar a los neceſsitados de ſu Obiſpado. Deſempeño mio ſerà la obra tan inſigne de ſu Cathedral de Iaen, el Templo, y Conuento de los Obſeruantes y RR. PP. Capuchinos. La vigilancia, y cuidado de conſolar a todos; y ninguno de ſu preſencia vaya triſte : Non licere quemquam à vultu Eminentiſſimi triſtem diſcedere *La ſolicitud y cuidado de inquirir la verdad, y ſaber las neceſsidades de los Caualleros, y ſeñoras neceſsitadas, para remediarlas; y enterarſe en la reformacion de coſtumbres ; quien viue mas religioſamente en ſu Obiſpado, para premiarlos con los pueſtos mas ſublimes de ſu Igleſia : con lo qual eſtà en los coraçones de todos, querido y amado. Y reſpetado, como? Preguntemoslo a Pitagoras y nos manifeſtarà ſu ſoberania, y la eſtimacion que le tienen.* Qua ratione homines Dijs ſimiles haberi poſsint? *Y nos dirà:* Si veritatē amplectētur: *Como V.R. Eminencia vemos la ama, y ſus continuos beneficios y fauores les haze:* Et cunctis benefacerent: iuxt. Elian. lib. 12. de var. hiſtor.

Gloriarſe puede nueſtro Obiſpado en tener en el por Prelado tan eſclarecido en linage, virtud, y letras, en quien ſe verifica el conſejo: Diligite lumen ſapientiæ omnes, qui præeſtis populis. Sap. cap. *6. Y como los Eclefiaſticos ven a ſu Prelado adornado de virtud, y ciencia, todos los grados Eclefiaſticos, aſsi grandes, como ordinarios, todos los ocupan los mas virtuoſos, y doctos. Verificandoſe la ſentencia de Xenoph. de inſtit. Cyri.* 8. *lib.* Quales fuerint Præfecti, ſeu belli duces, tales etiam qui ſunt ſub ipſis, vt plurimum euadunt. *Y aſsi eſta felicidad le prouiene de la vigilancia de ſu Reu. Emin. ſus Eclefiaſticos ſean virtuoſos, y doctos.*

Con juſto titulo y fundamento puedo llamar a nueſtro Obiſpado dichoſo, digalo por mi Ph. Comineus, lib. 9. Qui ita ſe comparant, vt maximam temporis partem ſerijs occupationibus, reliquū autē liberalibus, & honeſtis oblectationibus impendant, magnam illi ſanè laudem merentur.

rentur: *Digno de atencion lo siguiente:* O felicem populum cui talem contingit habere Principem. *Adorne nuestro intento el ingenioso Platon, y diga;* Beatas ferè Respublicas, si eas, vel studiosi sapientiæ regerent, vel earum Rectores studere sapientiæ contigisset. Iuxt. Boet. de cõsol. Philos. lib. 1. pros. 4. *Y nuestro Cordoues esmalte, y dè perfecciõ a mi pensar con su elegante dezir de la epist. 86. y diga:* Qui prudens est, & temperans est: qui temperans est, & constans est: qui constans est, & imperturbatus est, qui imperturbatus est, sine tristitia est: qui sine tristitia est, beatus est. Ergo Reuerendis. Eminentis. D. D. Balthasar de Moscoso y Sandoual, Presbyter. Card. S. R. E. Titul. S. Cru. in Hierusal. & Epis. Giennem. Prudens, & Beatus est.

Ingrato (Señor) fuera si no publicara sus heroes, y no reconociera los fauores recebidos, y incurso en la sentencia de Plutarco, in Apopht. que dize: Ingratus, qui benefitium accepisse, se negat, quod accepit: ingratus, inquam, qui dissimulat. Rursum: ingratus qui non reddit: ad omniũ ingratissimus qui oblitus est.

Por librarme de tal censura, fiado en la piedad de V. Reuerendissima Emin. me atreuo a poner este mi breue tratado a sus pies, para que dellos resurga con los esmaltes de fauores, quales siempre V. Reuer. Emin. continùa hazer con sus subditos. Y su menor Capellan consiga el renombre de reconocido: por que como dixo: Aris. l. 9. eth. Benefactorum recordatio iucundissima est, & vtilitatum, non ferè, aut minus certé. *Guarde nuestro Señor a V. Reuerendis. Emin. dilatados años con la salud abundantissima, y prosperos aumentos de la Cathedra de S. Pedro, como desseo. De san Basilio de Seuilla, Agosto 8. de 1941.*

De V. Reuerendis. Emin. perpetuo Capellan.

Fr. Martin Fernandez Hermoso, Lector.

1 EN caſo de tanta importancia, como es el preſente, ſi los Religioſos de nueſtra Prouincia conuiene ſe filien, o no, es neceſſario, que en eſta electa, y religioſa Congregacion ſolo preſida y gouierne la prudencia. de la qual dixo Ariſtoteles, 6. Eth. *Eſt autem prudentia recta ratio agibilium.* Y en el lib. 1. Rhector. *Prudentia illa eſt mentis virtus, quâ de bonis, ac malis, quæ ad felicitatem pertinẽt, bene poſſumus conſulere.* Y Macrobio dixo: *Prudentia eſt virtus dirigẽs ad rationis normam vniuerſa, quæ cogitat, quæq; agit, ac nihil præter rectũ vel laudabile facit. Prudentiæ inſunt ratio, intellectus, circunſpectio, prouidentia, docilitas, & cautio.* Y ſanto Tomas dixo: *Prudentia vera, & perfecta eſt, qua conſiliamur, indicamus, & præcipimus, quæ ad bonum finem totius vitæ humanæ pertinent, & ſolis bonis conuenit: in 2. 2. q. 47. art. 13.*

2 Los efectos que ſe conſiguen gouernando la Prudencia, nos los propone el Aguila de los Doctores ſan Auguſtin, in ſermone de prouidencia, diziendo: *Prudentia docet te, vt in cunctis idem ſis, tã in proſperis, quàm in aduerſis: ſicut manus, quæ eadem eſt, & cum in palmam ex dentitur, & in pugnum reſtringitur, ipſa te docet quomodo reprehenſibilis ſit nimia laudatio, & immoderata vituperatio, illa quidem adulatione ſed iſta ſuſpecta malignitate.* Y vltimamente dize: *Prudentia docet quomodo præſentia ordines.* ~~V.g. nueſtro caſo preſente.~~ *quomodo præteritorum recorderis.* V.g. la Bula, y Priuilegio, y leyes que ay para ſu efecto, *& quotidie futura prouideas*, que ſon las vtilidades que de ponerſe en execucion ſe ſeguiran; y los daños que ſe pueden originar de lo contrario.

3 Siendo aſsi, que ſe proponen de vna parte vtilidades, y aumentos a los Monaſterios, y Monges, y juntamente los daños y menoſcabo, por no eſtar filiados: en caſo tan arduo y dificultoſo deſſeãdoſe acertar: la prudẽcia à de preſidir, ſin atender a coſas terrenas deſta vida, ſino a la eterna. Exorte eſta verdad à V. P. M. R. nueſtro gran Padre S. Baſilio, y diga: *Is veró prudens, ille rationum humanarum erit moderator, qui cuncta, quæ accidere ſolent, & poſſunt ad propoſitam naturam veluti ad certum ſcopum dirigit, ſibiq; æqualiter omni tempore conſtat, nec ſecundis effertur, nec aduerſis frangitur. Et quamuis naui gubernatori conceſſum non ſit, tranquillitatem mari pro arbitrio, & volũtate imponere, nobis tamen integrum eſt vitam quietam, omnique vacantẽ perturbatione conſtituere: ſi nimirum inter Nos tumultus, qui ab affectionibus externis proficiſci ſolent, ſedauerimus, & mẽtem ijs quæ extrinſecus accidunt, altiorem conſtituerimus: ſiquidem illi, qui nimis magnum ſtudium, & cu*

ram in res mundi istius conferunt, tanquam volucres carnosæ frustra alas habentes, vna cum esculentis suis deorsum trahuntur. In oratione 2?.de felicitate ac furtunio S.P.N.Basilij.

4 Digno es de reparo aquellas palabras, que el caudilio del pueblo Israelitico Moyses nos refiere en el cap. 20. de los numeros: *Misit interea nuntios Moyses de Cades ad Regem Edon, qui dixerunt, hæc mandat frater tuus Israel.* Y mas abaxo: *Ecce in vrbe Cades, quæ est in extremis finibus tuis positi: obsecramus, vt nobis transire liceat per terram tuam: non ibimus per agros, nec per vineas, nõ bibemus aquas de puteis tuis, sed gradiemur via publica, nec ad dexteram, nec ad finistram declinantes, donec transeamus terminos tuos.* Dificultó vn Autor moderno sobre las palabras referidas, y dize: *Cur, quæso, à bonis omnibus regis Edon, hoc est reges terreni se immunem, & alienum fore pollicetur?* Y respondesse a si mismo, y dize: *Nisi quia omnem illius potentiam, & opulentiam, vt potê terrenam, ac temporalem, vanam, & inanem existimabat, a qua proinde abstinere oportebat, qui ad cœlestia bona persequenda ferebatur.*

Menç, a, 1. cg.

5 Esmaltarà mi pensar las elegantes palabras que nos dize nuestro Padre en el sermon segundo, *de institutione Monachorum: Conuenit igitur, vt quemadmodum, qui in balneum ingrediuntur, vestimentis se omnibus denudant: ita & qui colendæ pietatis causa ad solitariam vitam accedunt, omni rerum vitæ huius materia exuti, genus, vitæ, quod est secundum philosophiam ingrediantur. In hoc autem illud caput est, & in quo præcipuè elaborare Christianus debet vitiosas animi affectiones, diuuersas, ac varias, quibus illius anima infici solet abse segregare.* Y en la pregunta 241. de sus reglas breues nos auisa, que sus Monges de tal modo viuan, y dispongan sus cosas, que en su disposicion no se inclinen a la diestra, o siniestra mano: *Conuenit igitur, vt qui per angustam, & arctam viam, in vitam ingredi vult, caueat diligenter ne omnino egrediatur, declineturuè á mandatis Domini, sed præceptum illud teneat. non declinabis neq; ad dexteram, neq; ad sinistram.* Y assi en este caso, *non est hæsitationis metus nihil adeò gloriosè lucet in iudice, sicut amare, & exhibere iustitiam, sine omni acceptione personæ. Teste enim Cicerone, prouerbialiter dicitur: exuit personam iudicis, quisquis amicum induit, æquitas, cui iudex obsequitur, sinistram odij, vel amoris dexteram nescit. Non talis debet esse iuris minister, vt eius manu nullius auctoritate personæ titubet, aut vacillet libra iustitiæ.* Pet. Rau. in quadam epist. Y assi como Moyses aspiró a la eterna vida, procurò su exercito Israelitico tambien aspirase, doctrinandolo, *nec ad dexteram, nec ad sinistram declinantes.* La mesma doctrina, y zelo tuuo nuestro Padre san Basilio, y tiene para con sus Monges, pues a cada vno nos dize: *Præceptum illud teneat, non declinabis*

nabis, neq; ad dexteram, neq; ad finiſtram. Co nſequencia legitima es en eſte caſo tan grauiſsimo, donde eſtá la llaue de innumerables vtilidades para los Monges, y Monaſterios; y por el contrario innumerables daños, y dellos ſe ha de pedir rigurosa quenta el dia del ſupremo juez: *Fore vt ſanguis eius requiratur de manibus ipſius* Dizen el Profeta Ezequiel en el cap. 3. y nueſtro gran Padre refiere interrog. 25. Reg. fuſſ. para librarſe de peligro tan grande en eſte caſo, gouierne la prudencia, porque ella *docet quomodo præſentia ordines.*

Quomodo præteritorum recorderis.

6 Siendo Prouincial de eſta nueſtra *Prouincia* del Andalucia el M.R.*P.* Fr. Iuan de San Baſilio el año de 1601. conſultò con la *Sá*tidad de Clemente Octauo de felice memoria, el eſtado della, que entonces era vna la del Tardon, y Caſtilla con eſta, conſiguio de ſu Santidad la Bulla ſiguiente.

S. D. N. Clementis diuina prouidentia, pro ordine ſancti Baſilij Hiſpaniarum Decreta Reformationis.

Clemens Papa Octauus. Ad perpetuam rei mamoriam.

7 *EX iniuncto nobis Apoſtolicæ ſeruitutis officio ad ea ſolicité ſemper intẽdimus, per quæ Religioſorum ſub ſtrictiori regulæ obſeruantia, Altiſſimo famulari cupientium reformationi, ac proſpero, & felici gubernio, opportunè conſulitur, prout in Domino ſalubriter conſpicimus expedire. Nuper ſiquidem Venerabilis Frater noſter Iulius Antonius Epiſcopus Præneſtinus, Cardinalis Sanctæ Seuerinæ nuncupatus, infraſcriptas Regulas, & Cõſtitutiones pro reformatione Prouinciæ Hiſpaniæ, Ordinis Monachorum ſancti Baſilij, cuius apud Nos, & Apoſtolorum ſedem. Protector ipſe Iulius Antonius Epiſcopus Cardinalis exiſtit, editas, & ab ipſo Iulio Antonio Epiſcopo Cardinale diligenter examinatas, nobis Apoſtolica authoritate approbandas & confirmandas propoſuit: quarum tenor talis eſt. Videlicet.*

De Reformatione Prouinciæ Hiſpaniæ, Ordinis S. Baſilij Magni.

8 *SAcroſancti Concilij Tridentini de Regularum reformatione veſtigijs inhærẽtes, vt Monachi ſancti Baſilij ad Regulam, quam profeſsi ſunt,*

vitam instituant, & componant, & in primis, quæ ad suæ professionis perfectionem, velut obedientiæ, paupertatis, & castitatis, & alia suæ Religionis peculiaria vota, & præcepta, necnon ad communem vitam, victum, & vestitum concernentia fideliter obseruent, in primis declaramus sancti Basilij institutum monachale, & vitæ contemplatiuæ esse, & non solum cum cæteris in tribus substantialibus votis conuenire, sed etiam peculiaria præcepta suam essentiam concernentia quædam habere. Quorum præcipua duo sunt, alterũ in oratione, alterum in manuum labore exercitatio. Quibus etiam alia accedunt ad communem vitam, victum, & vestitum concernentia. De quibus in his tantùm, quæ in Monasterijs Hispaniæ reformatione indigent agendum nobis est.

§. I. De vita communi.

9 *Quoniam autem finis præcepti charitas est. Præcipimus, vt omnes Monachi in præsenti reformatione charitatem communem, consimilemque vitam in omnibus obseruent, iuxta regulam, quam professi sunt, & Monastica instituta, tam in oratione, choro, & labore, quàm in cibis, vestimentis, calceamẽtis, & reliqua regularis disciplinæ obseruantia, ita vt vbi multi vnus non solus, sed in pluribus habeatur, vt vnusquisque in officio suo persistendo, commune semper decus disciplinæ charum habeat, & communem, æqualemque cum omnibus coniunctionem.*

§. II. De numero Monachorum.

10 *Quæ quidem vita communis, & regularis obseruantia, vt rectius inter multos possit obseruari. Volumus, præcipimusq; vt extinctis, ac funditus euersis huius Prouinciæ Monasterijs, seu domibus paruis, & eorum Monachis, & professionibus, in maiora licet pauca redactis, in nullo Monasterio minor viginti Monachorum numerus habeatur. Sed quia pleraque huius Ordinis in Hispanijs Monasteria pauperrima sunt, nec tanta fratrum possunt celebritate fundari, nisi manibus proprijs necessaria quærant, & operum suorum facultatibus fulciantur. Ideo in huiusmodi monasterijs bonam partem Monachorum ex laicis ad opera manuum necessariam esse iudicamus, vt ita alij aliorum opera iuuentur. Choristæ quidem, qui magis in Choro, & spiritualibus occupari debent, & in manualibus quantũ chori, & orationis tempus permiserit, laicos in spiritualibus adiuuabunt. Laici vero, qui magis à Choro, & spiritualibus releuantur, manuum operibus plus deditì Choristis fratribus in temporalibus, pro parte etiam sua opem ferent, & ita omnes in laboribus, vigilijs, & charitate fraterna fundati, alter alterius onera portantes legem Domini adimplebunt.*

§. III. De manuum labore.

11 *Declaramus etiam Monachos omnes sancti Basilij, ex peculiari suæ regulæ instituto ad laborem manuum saltem in communi teneri, non tam propter victus*

victus necessitatem, quam propter animæ salutem vnde cum Monachi sancti Basilij, in Regnis Hispaniarum summa paupertate laborent, & magis quàm cæteri ad laborem obligentur, ideo iubemus, iuxta præsentis reformationis, statuta dictos Monachos in illis artibus exerceri, quas sanctus Basilius suis monachis assignat, precipuè quæ intra domum exerceri possunt, velut texendi, pectendi, nendi, sartiendi, vel alijs secundum locorum, & temporum exigentiam; non tamen ex eo bona in communi possidere prohibemus, sed quæ Dominus dederit in Domino possideant.

§. IIII. De cultu Diuino, Oratione, & Choro.

12 *VErùm quia in monastica professione, & sancti Basilij instituto, vt ipse in cap. 2. Monast. Constit. expressè docet spiritualis doctrina præcipuum locum tenet, reliqua verò omnia in secundis consistunt· ideò huius Ordinis religiosi ad opus, Dei scilicet laudes, Psalmorum modulationẽ, orationem, & contemplationem, magis intenti esse debent. Surgant igitur Choristæ media nocte ad confitendum Domino, Matutinas, & Laudes deuotê recitantes, quibus laicos in diebus tantum solemnibus interesse mandauimus. Diluculo verò in ipso Dei crepusculo, vel paulò ante, maxime hyemis tempore, omnes tam laici, quàm Choristæ per singulos dies, pariter ad orationem consurgent, & in Choro congregati per dimidiam horam orationem Mentalem habebunt: vt primi animi motus Domino consecrentur, & in ipsius obsequium omnes diei dirigantur actiones, oratione expleta, dũ Choristæ recitant Primam, & Tertiam, laici missam audiant, & his finitis vnusquisque ad opus suum exibit. Et licet vbicumq; in opere fratres sint, possint, & debeant, vt decet seruos Dei, ore, vel corde sine intermissione orare non tamen propterea illæ statis temporibus præscriptæ, Orationes, & Psalmorum, decantationes negligendæ veniunt, quas obseruari in Conuentibus solemne est, & quotidianum. Choristæ igitur omnes diei horas statutis ab Ecclesia temporibus deuota, modesta, pariq; voce cantabũt. Quod si id in Monasterijs Hispaniæ propter eorum inopiam, & in operibus maiorem occupationem commodè fieri non possit, quæ sint cantandæ, secundum vniuscuiusq; monasterij dispositionem Prælatorum discretioni relinquimus, dum tamen singulis diebus Missa maior, & festiuis omnes diuinæ horæ cantentur, tempore autem completorij, rursus omnes tam laici, quàm Choristæ in choro congregabuntur, & finito completorio, per aliam dimidiam horam in oratione mentali pariter persistent, vt omnes seruitutis suæ officia persoluendo Deo de bonis gratias referentes, & de malis pœnitentiam agentes, noctis requiem in Domino requirant.*

§. V. De vestitu, calceamento, & zona.

PRæcipimus quoque cum sancto Basilio, vt omnes Monachi, tam Choristæ, quàm laici, eodem vestitu, & habitu exteriori, & similibus calceis decenter incedant, quoniã tamen circa formam, & materiam habitus, non alia in sancto Basilio expressa reperit, quam quod in omnibus idẽ vilis, sed honestus, & vitæ communis vsum, accommodatus habitus sit, & illa in vestitu monachali, a Patribus tenenda censentur, non quæ ita vilia & noua, & in nouitate habitus inter cæteros eiusdem professionis habeãtur insignia, & quæ derisum, aut scandalum potius inferant, quám ædificationem; sed quæ vel á Pontificibus summis, vel â veteribus religionis Patribus tradita sunt, vel quæ á Patribus nostri temporis in vsu habita Catholicæ per omne corpus fraternitatis tenentur. vel quæ locorum situs, vel vsus Prouinciæ admittit. Quapropter volumus, ac sæpesepius diffinimus ea, quæ circa formam, et materiam habitus, à bon. me. Gregorio 13. in huius Religionis instauratione tradita, & hucusq̃, tam Hispanis, quã in Italia in vsu communi habita sunt, & in perpetuum deinceps obseruari debere: dummodo superfluitatibus recisis in vilitate honesta, & decora consistant. Talia igitur erunt videlicet tunica præcincta zona, talaris, & clausa ex panno nigri coloris, qui vilis sit, sed honestus, & Monasticæ professioni decorus, non is qui vulgari sermone in Hispanis sayal nuncupatur, is enim propriè pannus non dicitur, sed vulgó contra pannum distinguitur; nec ad vitæ communis vsum satis est accommodatus, nec hucusque inter Monachos huius professionis vnquam est visus, imó in hac nouitate multum inuisus, & in odio apud omnes extitit, quare denuo introducendus non est. Caputium etiam ipsis erit, siue cuculla monachalis, ita vt sine caputio, vel cuculla monachali nullo modo monachi esse, possint. Caputium dicimus, quod caput tegat, & ad collum cum patientia, siue scapularia dunetur, quod á fronte ad pectus non pendeat, & á tergo insolitam puntam eat. Hoc tamen caputio, quod cum scapulari inter Occidentales monachos cucullæ vicem gerit, & erat Ægyptiorũ cuculla, vtentur monachi ad opera manualia, ad opera verò diuina ea vtentur cuculla, quæ in partibus Occidẽtis ab omnibus monachis, & hucusque â monachis sancti Basilij; tam in Italia, quàm in Hispanijs in vsu habita fuit, & modo apud omnes monachos cuculla monachalis dicitur. Erit tamen stricta, nullas, vel paruas habens rugas, siue sinus, nec adeo amplas manicas, vt à Benedictinorum cuculla, & habitu in aliquo distinguatur. Materia verò erit ex panno laneo, qui in Hispania dicitur estameña, & in Italia sayeta, dummodo sit ex eo, qui crasior sit, & viliori pretio habitus. Hæc enim humilia, & honesta, & ad vitæ communis vsum accommodata, nec ab vsu monachali, & Prouinciæ aliena sunt.

§. VI.

§. VI. De esu carnium.

ESum carnium non omnino prohibemus, siquidem nec sanctus Basilius expressé prohibet, quia tamen illas ad condimentum tantummodo videtur concedere. Nos easdem diebus dominicis, & tertijs, & quintis ferijs, non ad gustum oblectandum, sed vires, & valitudem conseruandum, extra Aduentum, itaque semel in die tantummodo in meridana commestione permittimus. Poterit tamen Superior ex causa circa dierum rationem cum particularibus dispensare: nullo tamen modo cum omnibus in communi.

§. VII. De vitandis quæ possunt institutum impedire.

CVM sancti Basilij institutum monasticum sit, quicquid ipsius quietē, & tranquilitatem impedire potest, aut perturbare, licet alias bonū & laudabile, veluti eleemosynas petere, confessiones secularium audire, verbum Dei extra proprias Ecclesias populo prædicare, omnino prohibemus. Ne tamen aduenientium ad monasterium fidelium, necessitati, vel deuotioni charitatem, & consolationem denegemus, vnum tantum in quo uis monasterio, qui secularium confessiones audiat, permittimus, & is, vel alius à Capitulo Prouinciali desinādus á laboribus liber, studio vacabit, & quotidie per dimidiæ saltem horæ spatium religiosos fratres de præceptis Domini, & ad salutis animæ, virtutisq; progressum, & perfectionem necessaria ex sacra scriptura pro conscientiæ instructione poterit, & debeat necessarió edocere: necnon festiuis diebus pro Prælati arbitrio occurrentia Euangelij loca declarare.

§. VIII. De situ, & fundatione Monastèriorum, & perpetua filiatione.

MAndamus quoque, quod Monasteria non sine sufficientibus redditibus, vel mediocribus possessionibus, quibus cum ad minus duodecim monachi, & adito manuum labore viginti sustentari possint, de nouo fundentur: & quod in omnibus perpetua sit filiatio, nec ex vno ad aliud monasterium monachi mutari possint, nisi per capitulum Prouinciale ad nouas fundationes, & prælaturas nouitiorum, & Collegiorum magisteria Prædicatorum, & confessorum officia, quorum ministerijs finitis in domum suam quisque reuertetur. Si veró alicuius delictum, & subsequens scandalum, & diuturna, & grauis, dummodo dolus non sit, infirmitas occurrererit, talis monachus de licentia Prouincialis mutari posit, quo magis expediens indicabitur.

§. IX. De receptione Nouitiorum, & alijs.

17 *POterit vnusquisque Abbas de consensu sui Capituli Nouitios, seruata Concilij Tridentini, & aliarum Apostolicarũ sanctionum forma, ad habitum, & professionem admittere: ita tamen vt in eorum receptione declaretur quisnam in choristam, vel in laicum monachum recipiatur. Si quis autem in laicum receptus, siue professus, vel ex superioris licẽtia, vel aliter quomodolibet sacris initietur, tam ipse ordinatus, quàm superior, qui talem licentiam dederit, perpetuam ab ordinibus suspensionem, & vocis actiuæ, & passiuæ priuationem, non aliter quàm per sedem Apostolicã dispensandi ipso facto incurrant alijs pœnis Superioris arbitrio infligendis. Volumus tamen, quod Monachi laici, qui duodecim annos professionis habuerint, eandem vocem actiuam habeant: ac si in sacris fuissent ordinati, circa locum autem, & alias præcedentias, volumus Sacerdotes omnibus præferri; inter laicos veró, & Choristas, etiam Diaconos extra chorum, & alia cultus diuini ministeria, nulla sit differentia, sed vnusquisque secũdum suæ professionis antiquitatem præferatur, nec in Sacerdotem promoueri possit, nisi quem sextum professionis annum compleuisse constiterit.*

§. X. De Collegio in Prouincia habendo.

81 *CVM sanctus Basilius interrogatus, nunquid expediat multa ex scripturis ediscere, respondeat eum, cum aliorum rectio, procuratioq; commissa sit scientia, & sapientia excellere debere, reliquos autem secundum Apostolum, non plus sapere, quam oportet sapere. Nos vt ij, qui talia munera exercere debent, possint necessaria ediscere, pro nunc in Hispanijs Collegium Hispalen quod sufficienter videtur dotatum, interea dũ aliud in Eremo ex redditibus supradicti Collegij Hispalen. sine iniuria fundatoris, vel ex alijs sufficientibus commodé fundari possit permittimus, in quo nullus quispiam, præter studentes, qui tamen per quatuor annos á Magistro Nouitiorum probati a proprij monasterij Prælato, & Conuentu electi, virtute, ingenioque præstantes inuenti fuerint, atq; Rectorem, seu Abbatem, & Priorem, & Magistros, necessariosq; ad Collegij ministeria, fratres laicos omnes à Prouinciali capitulo electos, ex alterius superioris, quàm Romani Pontificis licentia poterit commorari. Volumusq; prædictos studentes, nec ad alia ciuitatis collegia lectiones audituros, nec ad alia negotia extra claustra vllo modo debere exire, nisi in casibus necessarijs à Prouinciali, vel capitulo Prouinciali maturà pensatis. Et insuper volumus ne á laboribus desuescant, in ijs, quæ minus impediant, & paucis indigeant, per vnam horam quotidie in collegio exerceri, atq; finito stu-*

dio

dio, vel ab illo, propter sufficientiam literarum, vel studij negligentiam, quouis tempore Prouincialis, & Diffinitorum arbitrio, abductos, vnúquemq; ad sui Monasterij nouitiorum per annum iterum necessario reduci. *Iulius Antonius Cardinalis Sanctæ Seuerinæ Protector.*

19 *Nos itaque constitutiones, & regulas prædictas in dicta Prouincia Hispaniæ Ordinis sancti Basilij, recipi, & ab illius Monachis inuiolatæ perpetuo obseruari cupientes, motu proprio, & certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deq; Apostolicæ potestatis plenitudine præ insertas cōstitutiones, & regulas, authoritate Apostolica, tenore præsentium, perpetuò in omnibus, & per omnia, prout in illis continetur, confirmamus, & approbamus, ac ita statuimus, & decernimus, & in Prouincia Hispaniæ & ordine prædictis recipi, & perpetuó post hac obseruari volumus, & ordinamus. Quo circa dilectis filijs prouinciali, ac alijs superioribus, & Monachis vniuersis ordinis, & prouinciæ huiusmodi, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub præcepto formali, ac sub pœnis etiam priuationis dignitatum, & officiorum, quæ obtinent, ac vocis actiuæ, & passiuæ, necnon perpetuæ inhabilitatis, ad illa, & alia imposterum consequenda: ac demum sub censuris, & pœnis Ecclesiasticis, per venerabilem fratrem Episcopum Giennensem, quem eiusdem prouinciæ, & ordinis reformatorum per alias nostras similes literas in forma Breuis deputauimus infligendis eo ipso incurrendis districtè præcipiendo mandamus, vt constitutiones, & regulas præinsertas in prouincia Ordinis prædicti, ac singulis eius Monasterijs respectiuè prout a dicto Episcopo Giennen. reformatore ordinatam fuerit, recipiant, & introducant, ac perpetuò obseruare procurent. Non obstantibus quibusuis iuris communis impedimentis, vel inhabilitatibus, nec non constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, & Prouinciæ prædictorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoq; indultis, & literis Apostolicis eidem ordini, eiusq; Abbati Generali, necnon dictæ Prouinciæ, eiusque superioribus, & monachis, sub quibuscumq; tenoribus, & formis, ac clausulis, & decretis in contrarium præmissorū, quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & singulis eorum tenores præsentibus pro expressis habentes, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus: ceterisque contrarijs quibuscūq; Volumus autem, vt præsentium trasumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem fides habeatur, quæ præsentibus ipsis haberetur. Dat Romæ apud sanctum Petrum sub anullo Piscatoris die vndecima Februarij 1620. Pontificatus nostri anno vndecimo.* *M. Vestrius Barbianus.*

Presentose en el Consejo Real, como es costumbre: y aduierte el docto Couarrubias *in cap. 35. practicarum quæstionum, fol. 162. Sic etiã in his Regnis multis in casibus, & negotijs, literæ Apostolicæ ante executionem earum ad regia mittuntur auditoria, & tribunalia: idque fit ex Regio decreto, vt illic examinentur, ne quid fiat, & obtineatur falsis precibus, & importunis suggestionibus, à Summo Pontifice aduersus Regni, Regumque Hispaniarum priuilegia, & apostolicas concessiones: denique ne literæ summi Ecclesiæ Præsulis contra publicam spiritualis, Ecclesiasticæ, & tẽporalis huius Prouinciæ vtilitatẽ præter ipsius concedentis voluntatem, et consensum executioni mandentur. Etenim et alij Christiani Orbis Principes eodem iure vtuntur, & hactenus vsi fuere quemadmodum manifestum fit ex testimonio Ioannis Driedonij, viri, moribus, & sacræ Theologiæ professione insignis. Is, inquam, in libro primo de libertate Christiana, pagina 183. distinguens aliud esse potestatẽ secularem absolutê mandare, aut constituere, ne quisquam pareat literis apostolicis iustitiam, aut gratiam concernentibus, aliud verô esse potestatem secularem mandare, aut constituere, vt sine suo beneplacito, & examine nemo poterat huiusmodi literis, nec executioni mandet easdem primũ quidem improbat. Secundum verò admittit his sane verbis. Secundum autem videtur posse fieri absque contemptu potestatis Ecclesiasticæ, & absq; iniuria, & odio, aut grauamine, seu præiudicio Ecclesiasticæ libertatis, & sanctæ Sedis apostolicæ, vel literatum eiusdem. Potest enim contingere, quod Princeps quispiam, aut ex priuilegio, seu commissione Papæ hoc faciat: sicuti Carolus Imperator habuit ex priuilegio synodi, ne sine suo consensu consecraretur, vel instrueretur Episcopus, aut ex causa rationabili, secundum congruam loci, & temporis ad sic statuendum, atque mandãdum moueatur, propter abussus tollendos, ne præficiantur extranei, aut idonei, qui vel per nimiam importunitatem, falsasque suggestiones, literas Apostolicas impetrarunt, vel impetratis abuti volunt ad oppressiones pauperum, qui alioqui sub prætextu literarum apostolicarum longius litibus, grauibusque sumptibus vexari possent, nonq; potestas secularis velit sibi, aut iudiciũ Ecclesiasticarũ rerum vsurpare, aut viros idoneos authoritate apostolica institutos impedire; aut super illorum idoneitate iudicium sumere, sed quod velid: ad ædificationem reipublicæ statum Ecclesiasticum promouere. Hæc Driedonius.* Y para esmalte deste punto, me valdre de vn tratado q̃ sacó a luz del ermitaño hereje de Granada (para enseñar a muchos) D. D. Ioannes Perez de Lara, Fiscal de la Real Chancilleria de Granada, sugeto digno de otros puestos mas sublimes, que espero verle colocado por su gran

virtud,

virtud,letras y agrado,en ſu tratado alega las letras Apoſtolicas, quando no tocan al gouierno temporal de nueſtro gran Rey,y Monarca,no es neceſſario preſentarlas ante ſuConſejo Real. *Ita Narbona parte 3. Recopil.l.59. tit.4.lib.2.gloſſ.1.& gloſſ. 2. D. Caſtill.tom.7.de tertijs, cap.41.num.182.cum ſeqq. Dom. D.Frãciſcus Salgado de ſupplic.ad Sanctiſsimum, parte 1, cap.2.á num.4.& á num.19.cum ſeqq.& à num,41.& 42.& 55.& cap.9.á n.37. Bobad. lib.2.cap.18,num.207. Nicol. Garcia de benefic. part.6. cap.2. num. 9. licet abſoluté tale examen in omnibus fortiter impugnet(contra Caſtellum, & alios) Diana parte 5. tractat. 1. de immun. Eccleſi. reſol.12. fol. 16.* Y como no tocaua al gouierno Regio de nueſtro granRey que nueſtro Señor guarde, ſe entregò a ſu Iluſtriſsima don Sãcho Dauila Obiſpo de Iaen, para que la executara,y mandara obſeruar, *quarum executionem cum multis alijs poteſtatibus,& facultatibus Ven. fratri noſtro Sanctio Epiſcopo Giennen. commiſsimus, prout etiam in literis ad ipſum eadem die datis plenius continetur*: Como lo teſtifica la ſantidad de Clemente 8. en ſu Bulla, que dio a los RR. PP. del Tardon, quando ſeparò aquella prouincia de a-
21 quella. *Dat. Tuſculi. die 23, Septẽbris 1603.* ¶ Y auiẽdola premeditado y viſto, la remitio al R. P. Fr. Iuan de ſan Baſilio Abad Prouincial de Andalucia, Tardon, y Caſtilla; y ſu P.M.R. la promulgò por la prouincia, y auiẽdola muy bien viſto lo que contenia, y cõſultadola en ſus juntas, los mas de los prelados, y Monges deſta prouincia en parte, y no en toda, contradixeron y ſuplicaron a ſu Santidad(antes que ſe executaſe)y eſcriuio ſu Iluſtriſsima el ſeñor Obiſpo de Iaen, como lo notó al margen el informante, *Epiſcopus Giennen. ante executionem reſcripſit.* Y ſu ſantidad en la Bulla de la reforma del Tardon alegada dize. *Poſtea veró cum ipſe Epiſcopus ſicut ex illius literis accepimus ſuper dictis conſtitutionibus exequendis, cum monachis multis dictæ prouinciæ tractaſſet* (que es la conſulta q̃ los monges deſta prouincia tuuieron a cerca deſta Bulla) ſu reſolucion fue contradezirla en parte, *fere omnes ijſdem contradixere*: y para que ſe vea no fue en toda, ſino en parte, parece fue prouidencia diuina ſu Sãtidad dixeſſe en eſta: *Atq; de aliquibus principalioribus(præcipué qua parte monacis laicis ſuffragia, & præcedentiæ locorum concedebantur, quáque veſtitum ex ſaial, & excalciatos pedes in aliquibus domibus deferri, necnon eleemoſynas petere, confeſsiones ſecularium audire, & verbum Dei extra proprias Eccleſias omnes prædicare probibebantur) Super*

Anduuieron anſi en Ouiedo, y Seuilla.

quibus

quibus à nobis dispensari, & contraria constitui, ac super alijs omnibus facultatem dispensandi dicto Episcopo committi postularunt.

